

choro. *Et recordate sunt.* Ad Gradum. *Ad monumentum uenimus gementes angelos domini sedentes uidimus et dicentes quia surrexit iesus.* Duo apostoli. *Currebant duo simul et ille.* Apostoli et mulieres cantant in choro. *Dicant nunc iudei quomodo milites custodientes sepulchrum perdidērunt regem ad lapidis positionem quare non seruabant petram iusticie aut sepultum reddant aut resurgentem adorent nobiscum dicentes a eua a eua (id est Alleluja).* Ewangelista. *Surrexit enim sicut dixit dominus. Te deum I.* Haec omnia, ut jam dictum, modulis musicis informata sunt. Ultimae Codicis Membranae deperierunt.

DCCCLXIII.

R. 2237 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 254. f. atlantico per duas columnas pulcherrime scriptus, literis initiorum maximis laetepicturatis, prima vero etiam deaurata visendus, et optime servatus Pars est ecclesiastici Officii Chorispatium a *Dom. I. Adventus* usque ad *Pentecosten*, tam de Tempore quam de Sanctis complexa. Praecipuam paginam *Lectiones* faciunt, diversae ab hodiernis, et saepe admodum prolixae. A fol. 197. integra inserta sunt: *Apocalypsis, Epistolae Canonicae et Actus Apostolorum*, ubi, I. *Job. 5, 7.* testimonium triplex ita legitur: *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo. pater. uerbum. et spiritus sanctus. et hij tres unum sunt. Et tres sunt qui testimoni-*
Denis Codd. Theol. V. II. P. III.

um dant in terra. spiritus. aqua. et sanguis. Psalmorum nulla mentio. Invitatoria et Hymni solo initio plerumque indicantur. Antiphonae, Responsorialia, Versiculi, et quidquid cantandum occurrit, absque lineis, notulis musicis solum supra voces positis distinguuntur, ut ante Seculum XI. et *Guidonem Aretinum*, cujus igitur methodus ibi, ubi Codex noster scriptus est, nondum adoptata fuit. Quod ubi fuerit, nullo indicio deprehendi, nisi quod *Germaniam* innuant fol. 190. illa verba: *Christus ista instandem*, quae leguntur in Ritu Visitationis Sepulchri ante Resurrectionem Domini. Atque is Ritus paene solus est, qui in vasto Opere pluribus explicetur.

DCCCLXIV.

Codex membraneus lat. Sec. U. 668 XIV. Folior. 341. 4. eleganter exaratus et coloribus distinctus *Breviarium* est, cui tamen nec e praemisso *Calendario*, nec ex ipso decursu peculiarem aliquam Ecclesiam assignare possum, nisi, quod fol. 84. Sanctorum Litaniae nomina multa ad *Germaniam* pertinentia contineant. Hymnarium fol. 85. varios Rhythmos et Versus non inconcinnos, sed hodie extra usum positos, exhibet. Invitatorium in *Conceptione sancte Marie* fol. 123. p. 2. sic inchoat: *Adoremus dei patris natum ex pura virgine. Qui conceptum suae matris preseruauit a crimine.* Igitur pro immaculato militat.

DCCCLXV.

- U. 669 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 306. 4. currente calamo per duas columnas scriptus, et rubro distinctus pariter *Breviarium* est, et quidem Dioeceseos *Salisburg.* ut e praevio *Calendario* liquet, usu multo fatis tritum.

DCCCLXVI.

- U. 670 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 320. 4. per duas columnas bene descriptus, et coloribus illustratus denuo *Breviarium* est, pertinens ad *Bohemia*, ut *Regni Tutelares* in *Calendario* miniati et fol. 57. ubi oratur: *ut famulum tuum regem nostrum Wenceslaum (✠ 1419.) cum suis omnibus magna pietatis tue protectione custodias*, commonstrant. Ambiant *Codicem* primum *Litterae* patentes, quibus ex auctoritate *Friderici Imp. III. Caspar et Anthonius Wielant germani de Muschnetstn conferunt Haquino de Scharis Art. liberal. Magistro Tabellionatus officium*, abscissis tamen aut extritis notis chronicis; dein utrique *Thecae* intus adglutinata est *Membrana* Sec. XII. exhibens ingressum *Homiliae theotiscaae* in *Dom. XIII. post Pentec. (XII.)* quae numero *XLVII.* fuisse videtur; is enim numerus minio margini adscriptus est. Non gravabor rarum istud *Fragmentum* cum *Lectoribus* communicare. *Beati oculi qui uident quae uidentis. In iudicium in hunc mundum ueni. ut qui non uident uideant & qui uident*

ceci fiant. ze ainem gerichte chut unfer berre. daz er in dise werlte chomen si. daz blintiv liote gesehent werden. unt gesehentiv liote blint werden. Er sprichet an disem evangelio div ovgen sin salich div seben daz sine iunger geseben haben. div oren sin salich div horen daz sin iunger geboret haben. Nu er ze sumelicher liote blintbait in dise werlt chomen ist. war umbe ist disiv selde allen liuten nicht gemain. die er den liuten gebaizzen hat die in mit gloubigem hercen baz denne anteriv liote geseben habent. Die selde unter stet menschlich gemut unt daz wir da ze im uinden daz im aigenlich ist gotlich reht. daz rebtes geribt ze allem cite uuoret dar nab vnd iz daz gemute der lute uindet. Er ist daz reht mit der gnade. er ist oob daz reht ane gnade. Daz reht mit der gnade ist er sinen urivnten. daz reht ane gnade ist er sinen uinten. want er reht da si. swie uolle cblichen wir uon im berubt sin. sinen guoten willen wil er daz wir da ze im weruen habe wir die uns uerwesen der weruere niht. so weruen selbe umbe unfer dinch. unt sumen uns dar an niht. Da stet gescriben. Sua gratuita dona. nostra uult esse merita. Sin gut wille scol chomen uon unfer guten gærnden. Von welchen unsern gærnden? Daz wir tun also wir an dem euangelio uernomen haben. Da stet gescriben. Quanto eis precipiebat tanto magis plus predicabant. Den liuten die da en antwort waren. uerbot er daz si des zaichens iht gewugen. so